



BOLETIN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

Las reclamaciones se harán, en el preciso término de un mes á la Dirección del BOLETÍN ECLESIAÍSTICO, calle de la Rua, 59.

REGLAS PONTIFICIAS PARA EL CLERO ESPAÑOL

Nuestro Santísimo Padre, el Papa Pío X, por conducto de su Secretario de Estado y confirmando las instrucciones dadas al Rvdmo. Arzobispo de Bogotá en Carta que le fué dirigida por el Emmo. Cardenal Rampolla el 6 de Abril de 1900, ha tenido á bien dictar las siguientes reglas, á que ha de ajustar su conducta el Clero español:

“Sacerdotes primo ac praecipue modestiam atque obedientiam erga suos Praelatos tenere pro officio studeant. Etenim “sicut Pontifex Romanus totius est Ecclesiae magister et princeps, ita Episcopi; rectores et capita sunt ecclesiarum quas rite singuli ad gerendum susceperunt. Eas in sua quemque ditione ius est praesse, praecipere, corrigere, generatimque de iis quae e re christiana esse videantur decernere... Exqui-

bus apparet adhibendam esse adversus Episcopos reverentiam praestantiae muneris consentaneam in iisque rebus quae ipsorum potestatis sunt omnino obtemperari debere... Quod igitur in muneribus suis insument operae (sacerdotes) tunc sciant maxime fructuosum, proximisque salubre futurum, si se ad imperium eius nutumque finxerint qui dioecesis gubernacula tenet,, (1).

“Ceterum quamvis Ecclesiae ministris interdictum non sit, immo vero aliquando necessarium esse possit iuribus civilibus uti sive in ferendis suffragiis occasione electionum, sive in exercendis publicis muniis quae dignitati sacerdotali non adversantur, tamen ipsis sedulo cavedum est “ne se penitus tradant partium studiis ut plus humana quam caelestia curare videantur, nec prodeant extra gravitatem et modum,, (2).

“Quibus vero consiliis ad populum in hac re utantur, ea apte traduntur in decreto IX Synody Quebecensis IV; quod quidem decretum, utpote S. Sedis mentem omnino referens quamvis a suprema S. Officii Congregatione pro Canadensibus latum fuerit, tamen et ad Columbienses pro circumstiarum paritate, merito aptandum est. Decreti autem verba haec sunt:

“Nihil omittant animarum Pastores ut fideles sibi commisos praemuniant contra sedutiones, scandala et omnia pericula horum dierum malorum; ipsisque longe ante, máxime vero tempore ipso electionum, sedulo in memoriam revocent quod Deus dominator et dominus electionum est et quod ipse est qu;

(1) Enciclyca *Inmortale Dei* 1.º Nov. 1885.

(2) Enciclyca *Cum multa* ad Hispanos, 8 Dec. 1902.

aliquando et dictos electores et candidatos et electos iudicabit atque *unicuique reddet iuxta opera sua* (1) —nec magis parcat eis qui intra quam illis qui extra tumultum electionum peccaverint. Edoceant eos diligenter officia sua quod eadem lex quae civibus tribuit ius suffragii, iisdem gravem imponit obligationem ferendi suffragium suum quando oportet, atque hoc semper iuxta conscientiam suam, coram Deo, pro maiori bono tum religionis tum reipublicae, patriaeque suae, proindeque quod semper coram Deo ex conscientia tenentur suffragium suum dare illi candidato quem prudenter iudicant vere probum et idoneum ad adimplendum illud magni momenti munus sibi demandatum, invigilandi, scilicet, bono religionis et reipublicae atque adlaborandi fideliter ad illud promovendum ac servandum. Unde evidenter sequitur eos omnes peccare non tantum coram hominibus sed coram Deo qui vel suffragium suum vendunt vel quacumque ex causa dant candidato sibi cognito prout indigno vel denique alios inducunt ad idem faciendum. Haec fideliter doceant populum suum pastores, tamquam fideles ministri Christi, in iis insistant sistantque in omni charitate et patientia, nec ultra procedant in circumstantiis consuetis. Et si quae particulares aut extraordinariae occurrunt circumstantiae, maxime caveant nequidquam moliantur inconsulto episcopo,„

Attamen tria maxime Sacerdotibus sunt fugienda: alterum nec factionibus alioquin honestis aliam prae alia ardore nimio sustineant; alterum ne e sacro suggestu vel in „S. Penitentiae tribunali adversariorum

(1) Rom. II, 6.

„mentionem iniiciant vel nominatim eos aggrediantur,
„animosque contra determinatam personam instigare
„audeant: alterum ne Sacramentalem absolutionem
„poenitentibus denegent vel ab ipso Sacro tribunali re-
„pellant ex eo tantum, quod in adversa militent factio-
„ne, dum alioquin omnia quae Ecclesia docet ipsi ad-
„mittant et amplectantur. Memores enim esse debent,
„se pastores omnium animarum esse constitutos, ac pro
„ipsarum salute rationem esse reddituros. Si quis au-
„tem privatim vel in ipso Poenitentiae tribunali vel ex-
„tra de agendi ratione in rebus publicis consilium pe-
„tat, sacerdotes, iuxta communes prudentiae regulas
„respondeant, ut nulla inde sacerdotali muneri con-
„flectantur invidia.”

S. Congregatio S. Officii

(SECTIO DE INDULGENTIIS)

I

Sodalitas a S. missa reparatrice novis indulgentiis ditatur

Die 7 Septembris 1911

SSmus D. N. D. Pius div. Prop. Pp. X, quum ex variis Apostolicae Sedis Indultis, non uno tempore datis, inter Archiconfraternitates et Confraternitates, a S. Missa Reparatrice nuncupatas, plurimisque in locis erectas, desiderabilem uniformitatem deesse consideraverit, huiusmodi incommodo occurrere volens, per facultates Supremae huic S. Congregationi S. Officii impertitas, abrogatis omnibus et singulis Indulgentiis, quibus hucusque praedictae Consociatio-

nes gavisae sunt, quomodocumque demum fuerint concessae, novas, defunctis quoque applicabiles, in favorem tam existentium, quam in posterum erigendarum, quibusvis in locis, Archiconfraternitatum, nec non item existentium vel erigendarum quae eiusmodi Archiconfraternitatibus aggregatae fuerint, Confraternitatum, elargiri dignatus est. Sunt autem:

A.—Plenaria, pro Christifidelibus rite in Sodalitatem cooptatis, si confessi ac S. Communione refecti aliquam Ecclesiam vel publicum Oratorium visitaverint, ibique ad mentem Summi Pontificis oraverint: 1.º Die eorum ingressus in Sodalitatem; 2.º In festis: *a)* Nativitatis, Circumcisionis, Epiphaniae, Resurrectionis, Ascensionis et SS. Cordis D. N. I. Ch.; *b)* Pentecostes, SS. Trinitatis et SS. Corporis Domini; *c)* Immaculae Conceptionis, Nativitatis, Purificationis, Anuntiationis et Assumptionis B. M. V.; *d)* Omnium Sanctorum; *e)* S. Norberti Ep. C., S. Tharsicii M., S. Paschalis Baylon C., S. Iulianae de Corneillon V.; *f)* Titularis Ecclesiae, in qua quaelibet Sodalitas erecta est; 3.º Bis in singulis annis, diebus a respectivis Ordinariis, semel pro unaquaque Sodalitate designandis; 4.º Semel in anno, die ad cuiuslibet Sodalis arbitrium eligendo.

B.—Plenaria in mortis articulo (defunctis non applicabilis), pro iisdem Sodalibus, si confessi ac S. Synaxi refecti, vel saltem contriti, SSmum Iesu nomen, ore, si potuerint, sin minus corde, invocaverint et mortem tamquam peccati stipendium de manu Domini patienter susceperint.

C.—Partialis centum dierum, pro consociatis, qui aliquod pietatis opus, ad finem Sodalitatis assequendum, peregerint.

Tandem Idem SSmus indulset, ut in locis in quibus, diebus festis de praecepto servandis, unica celebratur Missa, Sodales valeant, loco alterius Missae, iuxta Consociationis leges audiendae, huic obligationi satisfacere, ante vel post Sacrum de praecepto per aliquod temporis spatium ante SSmam Eucharistiam pie orantes.

Presentibus in perpetuum valituris absque ulla

Brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Aloisius Giambene,
Substitutus pro Indulgentiis

L. ✠ S.

II

Sanatio in favorem confraternitatis septem Dolorum B. M. V.

Beatissime Pater.

Prior et Procurator Generalis Ordinis Servorum B. M. V. ad pedes Sanctitatis Tuæ provoluti, exponunt se compertum habere, quosdam, hic illic, in cooptandis christifidelibus Confraternitati Septem Dolorum B. M. V. irrepsisse errores, tum in benedictione Scapularis et Coronae precatioriae a Septem Doloribus B. M. V. nuncupatae; tum, demum, in adnotatione nominum christifidelium in albo Confraternitatis facienda: quapropter, ne ob has seu alias irregularitates christifideles indulgentiis priventur, instanter postulant, ut S. V. omnes praefatas receptiones hucusque factas, et aliquo vitio laborantes, benigne sanare seu convalidare dignetur.

Et Deus etc.

Die 12 Septembris 1911

SSmus D. N. D. Pius divina Providentia Pp. X, per facultates R. P. D. Adessori S. Officii impertitas, benigne petitam sanationem concessit. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Aloisius Giambene,
Substitutus pro Indulgentiis

L. ✠ S.

S. Congregatio Consistorialis

Lectura de periódicos en los Seminarios

Su Eminencia el Cardenal de Lai, Secretario de la Sagrada Congregación Consistorial, ha escrito á Su Eminencia el Cardenal Vaszary, Arzobispo de Esztergom y Primado de Hungría, la siguiente carta:

Eminentísimo y Reverendísimo Señor:

El Santo Padre ha recibido la carta de Vuestra Eminencia de 27 de Septiembre, escrita en vuestro nombre y en el de todos los Ordinarios de Hungría. El la ha acogido con su habitual benevolencia y la ha examinado con todo el cuidado que exige la gravedad de la cuestión, y me encarga transmita á Vuestra Eminencia y á los otros preladós lo que sigue:

El pensamiento del Santo Padre es que sea firmemente obedecida la ley que prohíbe dejar libremente en las manos de los seminaristas los diarios y revistas aun excelentes, que tratan de los acontecimientos cotidianos de la política ó de las cuestiones sociales y científicas agitadas de continuo y aún no resueltas. Nada impide, sin embargo, que los superiores ó profesores de Seminarios cuando se trata de cuestiones científicas, lean ó den á leer en su presencia aquellos artículos de estas revistas y periódicos que ellos crean útiles ú oportunos para la instrucción de los alumnos.

Pero las revistas que no contienen controversias, sino que relatan las informaciones religiosas, las instrucciones y decretos de la Santa Sede, los actos y

disposiciones de los Obispos, y aun más los periódicos que sólo contienen lecturas útiles para nutrir la fe y la piedad, estas publicaciones pueden, con la aprobación de los superiores de Seminarios, ser permitidas á los alumnos en los tiempos que quedan libres, después del estudio y de los otros ejercicios de reglamento.

Al comunicaros esta respuesta, en cumplimiento de mi cargo, beso humildemente vuestras manos y me declaro de todo corazón afectuoso servidor de Vuestra Emidencia.—CAYETANO, CARD. DE LAI, *Secretario de la Sagrada Congregación Consistorial.*

Sagrada Congregación de Ritos

Extensión del rezo del Beato Juan de Ribera á toda España

Rmi. Dni. Praesules Hispaniae Ecclesiarum, faustissimam nacti occasionem XXII Eucaristici Coetus nuper Matriti habiti, ad perennem huiusce memoriam ac saeculi, III, labentis ab obitu Beati Confessoris Ioannis a Ribera Archiepiscopi Valentini, supplicia quoque vota deponentes uniuscuiusque respectivi Rmi. Capituli, in eo Coetu expressa Ssmum. Dnum. Nostrum Pium Papam X unanimiter rogarunt, ut festum ipsius Beati Antistitis Ioannis a Ribera, quod Valentiae, Hispali et alibi recolitur, ad universam Hispaniam benigne extendere dignaretur sub ritu duplici minori; adsignata eiusmodi festo dominica tertia Novembris, vel alia die iuxta Rubricas non impedita. Siquidem Beatus Ioannes eximius cultus Eucharistiae Sacramenti propagator extitit, Communionis Eucharisticae frequentiam impense fovit, ritus Eucaristici maiestatem adauxit paternis praesertim suis omnibus

amplisque facultatibus regali sane templo a fundamentis erecto: Collegii Corporis Christi, cuius piissima institutio vivida adhuc atque uberrima floret. Sanctitas porro Sua, eiusmodi preces peramanter excipiens, festum Beati Ioannis a Ribera Episcopi, Confessoris sub ritu duplici minori ab universis Hispaniae Dioecesisibus die prima non impedita post Octavam Epiphaniae recolendum indulsit; servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 30 Augusti 1911.

FR. S. CARD. MARTINELLI, *Praef.*

PHILIPUS, CAN. DI FAVA, *Substitutus.*

Decretum super interpretatione Motus proprii «*Inter multiplices*»

Super legitima interpretatione art. II, n. 14 et 34 et art. III, n. 43, in Motu Proprio *Inter multiplices*, diei 21 Februarii 1905, Sacrae Rituum Congregationi sequens quaestio proposita fuit:

An Canonicus rite adscriptus Capitulo, quod collegialiter gaudet privilegiis seu insignibus et iuribus ad Protonotarios Apostolicos, vel supra numerarios, vel ad instar participantium pertinentibus, ius aliquod acquisierit, quo inter Praelatos Domesticos cum expeditione Brevis recenseatur?

Et Sacra eadem Congregatio, audito Commissionis Liturgicae suffragio, reque accurato examine pensata rescribendum censuit:

Negative, et adscriptionem coetui Praelatorum Domesticorum unice pendere ex benigna liberalitate Summi Pontificis, attentis, in singulis casibus, omnibus circumstantiis et specialibus meritis personae.

Quam resolutionem, Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X per infrascriptum Cardinalem eidem Sacro Consilio Praefectum relatam, Sanctitas Suaratum

habuit et probavit; simulque eiusmodi interpretationem tamquam veram et authenticam declaravit.
Die 24 Maii 1911.

FR. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus*.

L. ✠ S.

† Petrus La Fontaine, Episc. Charystien., *Secretarius*.

DUBIUM

Quum ex *Motu Proprio* Sanctissimi Domini Nostri Pii Papae X die 2 elapsi mensis Iulii, Festum Nativitatis S. Ioannis Baptistae, a die 24 Iunii perpetuo translatum, assignatum fuerit Dominicae ante Solemnia Ss. Apostolorum Petri et Pauli, tamquam in sede propria, nonnulli Rmi Episcopi, paragraphum quartam eiusdem *Motus Proprii* perpendentes, quo cautum est in locis peculiari Indulto Apostolico utentibus nihil esse innovandum inconsulta Sede Apostolica. huic dispositioni obtemperantes, ipsam Sanctam Sedem adierunt, reverenter postulantes a Sacra Rituum Congregatione:

Utrum Dioeceses ubi hucusque Festum Nativitatis S. Ioannis Baptistae quotannis celebratum est die 24 Iunii cum Apostolica dispensatione a Feriatione, possint hunc diem retinere, vel potius debeant sumere praefatam Dominicam in Calendario Universali nuper assignatam Nativitati Sancti Praecursoris Domini?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, attento novissimo *Motu Proprio*, "De diebus festis," una cum subsequentibus declarationibus, propositae quaestioni rescribendum censuit: *Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.*

Hanc vero resolutionem Sanctissimus Dominus

Noster Pius Papa X ratam habuit, probavit atque servari mandavit.

Die 7 Augusti 1911.

Fr. S. CARD. MARTINELLI, *Praefectus*.

L. ✠ S.

† Petrus La Fontaine, Ep. Charystien., *Secretarius*.

Sagrada Congregación del Concilio

Dubium circa vigiliis festorum suppressorum Motu proprio
diei 2 Iulii 1911

Relato ad infrascripto S. C. Concilii Praefecto in Audientia diei 15 Septembris 1911 Smo Dno Nostro Pio PP. X dubio a pluribus Episcopis eidem S. C. proposito, an post Motu Proprio "*Supremi disciplinae*", diei 2 Iulii 1911 adhuc servari debeant Vigiliae Festorum suppressorum, ex praecepto aut ex voto hucusque servatae, Sanctitas Sua iussit responderi: "*Affirmative*".

Datum ex Secretaria S. C. Concilii diei 18 Septembris 1911.

C. CARD. GENNARI, *Praefectus*.

L. ✠ S.

I. Ferro, *Adiut.*

DUBIORUM

CIRCA ABSTINENTIAE ET IEIUNII LEGEM

Die 29 Aprilis 1911

Dubia quae hic enodanda proponuntur versantur circa interpretationem rescripti diei 19 Februarii 1851

a S. C. S. Officii Episcopo Auriensi concessi; ideo praestat illud per extensum referre. Est autem huius tenoris:

“Episcopus Auriensis B. V. filiali veneratione accedens, humiliter deprecatur et supplicat ut cum suae dioecesis habitatoribus pro benignitate dispensare digneris, ut in S. Quadragesimae, quatuor temporum et in reliquis tam de praecepto quam ex devotione ieiunii diebus, servata ieiunii forma, *de omni pinguedine suina, butyro, lacte, caseoque in suis esibus uti possint*. In hac enim mea regiminis dioecesi olea nulla sunt, et ideo oleum magno praetio aestimatur; attentis temporum pecuniae et nummorum paritate penesque generali paupertate maxime ruri degentium, personae quoque non omnino pauperes in olei acquisitione multo incommodo et dispendio laborant; estque haec causa, ut parochi et confessarii saepissime in poenitentiae Sacramenti administratione angustias patiantur, dum a poenitentibus inquiruntur an inopia oppressi, aut in parva quantitate dictis pinguedinibus vesci possint. Ut vero omnis tollatur ambigendi occasio et cum securitate procedant, ad me submissee supplices accessere rogantes, quod a V. B. exposcerem ut privilegium a Sancta Sede habitantibus dioecesis Lucensis concessum, quibus *omnis pinguedinis suinae usus permittitur*, aut Mindoniensis, quibus *butyro et caseo vesci licet*, ad fideles huius Auriensis dioecesis extendatur. Finem tunc habebunt, anxietates et peccata in quibus illabuntur multi, qui ieiunii praeceptum cum solo olei usu esse valde difficile opinantur. His precibus Vestra benignitas annuens meis monitis intelligerent dioecesani, privilegium ex V. B. liberalitate illis concedi non in abusum et perniciem, sed in animarum utilitatem et ut facilius et exactius ieiunium adimpleamus, quo a vitiis avertimur et de peccatis purgamur. Et ut cessent dubia et scrupuli similiter postulat ut hoc privilegium ad omnes laicos sive clericos cuiuscumque gradus et dignitatis modo non sint voto adstricti, extendatur.

“Sanctitati Vestrae obsequens filialiter certum facit de sincera ac perpetua sua obedientia, et exorat ut Apostolicam benedictionem ei impartiaris.”

His precibus acceptis S. C. benigne annuens rescripsit:

“Feria IV, die 19 Februarii 1851, SSmus. Dominus Noster Pius, Divina Providentia, PP. IX, in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita, audita relatione suprascripti supplicis libeli, una cum Emorum ac Revmorum. DD. S. R. E. Cardinalium Genelium Inquisitorum suffragiis benigne annuit *pro gratia per modum tamen condimenti*, exceptis Feria IV Cinerum, tribus postremis diebus maioris Hebdomadae, et Vigiliis Pentecostes, SS. Apostolorum Petri et Pauli, Assumptionis et Immaculatae Conceptionis B. Mariae Virginis, Omnium Sanctorum et Nativitatis D. N. Iesu Christi”.

Porro primum dubium exortum circa suprascripti indulti interpretationem est num fideles teneantur sumere Bullam Cruciatam ut Praefato privilegio uti possint. Plures Sacerdotes Auriensis dioecesis sententiam affirmativam sequuntur hisce inixi rationibus: 1.º quia Commissarius Generalis Bullae *Cruciatæ* in expeditione memorati indulti anno 1851, declaravit necessitatem sumendi Bullam Cruciatam ut quis illo uti posset; 2.º quia huic sententiae suffragatur praxis ab initio introducta et ab Episcopis Auriensibus confirmata in suis instructionibus et responsionibus ad parochos, imo in ipsa Synodo dioecesana, celebrata anno 1908, recognita; 3.º quia secus *Cruciatæ* reditus notabiliter decrescerent in Auriensi dioecesi, quod in detrimentum divini cultus vergeret. Nam pro expensis in divino culto pro hac dioecesi, quae praeter Cathedralam, constat 680 ecclesiis, requiritur summa 124.161 libellarum, quarum libellae 121.388 a *Cruciatæ* redivibus deduci debent, cum aerarium nationale vix 2.773 libellas pro tota dioecesi praebeat.

Secundum dubium versatur circa significationem seu extensionem verborum *pinguedinis suinae*; *utrum* nempe per allata verba intelligi possit iusculum (*brodo di carne* hispanice *caldo de carne*) omnis carnis suinae, vel tantum iusculum seu succus laridi suini. Praeterea notandum est vigere in hac dioecesi consuetudinem in citata Synodo approbatam, vescendi in caenulis dierum ieiunii omni piscium genere.

His praemissis Canonicus Poenitentiarius Ecclesiae Cathedralis Auriensis de mandato Episcopi sequentia authentice resolvenda dubia proposuit:

1.º “An Christifideles dioecesis Auriensis pro usu supradicti privilegii teneantur sumere Bullam *Cruciatæ?*”.

2.º “An tuto sequi possit interpretatio enunciati indulti data a Rmo. Ordinario anno 1851, iuxta quam non solum possunt fideles tam in prandio quam in caenula uti iusculo vel succo laridi suini, sed etiam iusculo aut succo omnis carnis suinae, miscendo etiam in parva coena cum piscibus in vigiliis aliisque ieiunii diebus, exceptis fer. IV Cinerum, tribus postremis diebus maioris hebdomadae aliisque diebus in indulto expressis?.”.

Et quatenus affirmative:

3.º “An iusculum seu succus omnis animalis terrestris carnis possit aequiparari iusculo seu succo carnis suinae ad effectus secundi quaesiti praecedentis, ita ut possit hac in dioecesi sumi etiam in parva coena iusculum cuiuscumque animalis, etiam si pisces de more edantur?.”.

Cum de re gravis momenti ageretur, exquirendam duxit sententiam Consultoris eiusdem qui votum exaravit in causa *Gerunden.*, 22 *Ianuarii* 1910, quae praefatis dubiis dedit occasionem, ut, ea qua pollet doctrina, omnia quae sive in iure sive in facto ad solutionem iuvare possent animadverteret, ac purgatissimis EE. VV. oculis subiiceret. Libenter S. V. O. morem gerens clarissimus Consultor votum protulit quod praesenti folio adnecto, rogans EE. VV. ut illud perlegere dignentur.

Quare.

Die 29 Aprilis 1911 EE. S. R. DD. Cardinales S. Concilii Tridentini Interpretes ad supra scripta dubia respondendum censuerunt:

Ad I Negative.—Ad II et III; jusculum carnis sive suinae sive aliorum animalium non comprehendi in allegato indulto; comprehendi vero etiam pro caenula condimentum ex adipe sive suino sive aliorum animalium et etiam butyrum,

Relata suprascripta resolutione ab infrascripto Se-

cretario eiusdem S. C. Smo. Dno. Nostro in audientia diei 2 insequentis mensis maii Sanctitas Sua eam approbare dignata est.

C. CARD. GENNARI, *Praef.*

B. POMPILY, *Secret.*

S. IOHANNIS DE MAURIANA

CURAE ANIMARUM

Die 6 Augusti 1910

Litteris ad S. H. C., die 10 Aprilis hoc anno datis, R. P. D. Adrianus Fodere, dioecesis S. Iohannis de Mauriana, Episcopus, ea quae sequuntur exposuit: “Quidam parochi amovibiles suae dioecesis quibus, ob varias causas, necessitas fuit locum cedendi alibi-que commorandi, nunc pertinaciter recusant munus pastorale exercendum in alio loco ut nimis onerosum. Hortationes, suasiones, hactenus vanae profecerunt.”

“Rationes quas opponunt sunt istae:”

1.º Promissio obedientiae Ordinario facta die promotionis ad presbyteratus officium non obligat cum tanto incommodo. Si futura praevidissent, aiunt, numquam illam emisissent.”

2.º Fastidium muneris aut vitae parochialis in hisce miseris temporibus.”

3.º Taedium mendicandi victum sibi et necessaria cultui divino apud plebem suam.”

4.º Animus perversus populi ingrati.”

5.º Valetudo minus commoda plerumque verosimiliter ficta, ad implendum denuo onus ultra vires.”

Itaque ut conscientiae suae tutius satisfaciat certamque in praesenti normam sequatur, humiliter atque enixe postulat utrum deficientibus presbyteris pro sua dioecesi.”

1.º Possit poenis ecclesiasticis cogere ad suscipiendum iterum munus parochiale quos iudicaverit idoneos?.”

2° Utrum illud debeat?..

Quamvis eadem vere, ut infra videbitur, et alias S. H. C. decernendum occurrerit, cum tamen rerum adiuncta in Gallia praesertim post legem, quam de separatione inter Civitatem et Ecclesiam vocant, immutata non parum fuerint, rem ipsam iterum Emorum Patrum iudicio subiicienda S. H. C. censuit.

Synopsis disputationis ex voto Consultoris desumpta.—Causa, ut ex expositis patet, respicit parochos amovibiles ad nutum seu succursalistas in Gallia, qui ex quibusdam motivis coacti munus parochiale relinquere alio se transtulerunt, et inibi munus parochiale exercere nolunt, sed potius liberi a cura parochiali manere exoptant, licet aliud necessitas dioecesis exigat, et Episcopus eos obligare intendat. Ut factae petitioni in casu respondeatur, operae pretium erit expendere quaestionem tum in genere scilicet utrum Episcopus etiam poenis ecclesiasticis cogere valeat sacerdotes suae dioecesis idoneos et caeteroquin liberos ab aliis incompatibilibus officiis ad munus parochiale suscipiendum, tum in specie relate ad succursalistas, et haec tria examinanda proponuntur.

1.° Quid iuxta ss. canones de mota quaestione sit sentiendum.

2.° Quatenam sint H. S. Congregationis circa hanc materiam resolutiones.

3.° Utrum in proposito casu vim habeant adductae rationes ab amovibilibus ex parochis ut ab imposito onere iterum suscipiendo excusentur.

Quoad primum haec notanda sunt.

.....

.....

Hanc obligationem clericorum ad acceptanda officia sibi ab Episcopo commissa clare auctor. A Bonal in suo opere *Instit. canonicae (tractat. IV, n. 106. de Hierar. Episcopali)* ita compendiatim exponit: "Id (dicta obligatio) constat tum ex iurisdictione in foro externo, qua pollet Episcopus et quae stare nequit quin subditi obtemperare teneantur; tum ex ipso ordinationis fine, quo clericus sub ditione proprii Episcopi remanet, ut data occasione, ullius ope Episcopi

diocesis utilitatibus vel necessitatibus provideant, tum ex ipsa obedientiae promissione in die ordinatio- nis facta, tum ex impossibilitate dioecesim gubernan- di, si cuilibet clerico liceat recusare munus, cui ab Episcopo praeponitur, tum denique ex stricto carita- tis praecepto sacros ministros per se obligante fide- lium necessitati subveniendi. Quae cum ita sint, non videtur posse dubitari, quod Episcopi, inspecto iure Tridentino, valeant sacerdotes suae dioecesis caete- roquin idoneos et liberos cogere ad assumendum pas- torale munus, stante spirituali dioecesis necessitate, et quidem comminatis poenis, quia secus, dicta potes- tas in praxi inefficax evaderet.

Ad secundum punctum nunc transeundo ins- picere oportet, qua ratione Episcopi data facultate uti possunt. Ut aliqua via tuta vel norma in hac ma- teria exhibeatur, opportunum censeo nonnullas subii- cere resolutiones H. S. C. quae disciplinam eius in- nuunt, et quae referuntur in ephemeride *Monitore ecclesiastico* (v. 7, part. I, pag. 25; part. II, pag. 49, 217).

Harum decisionum duplex habetur categoria: in una recognoscitur in Episcopis facultas cogendi sa- cerdotes ut supra etiam intentatis censuris ad munus parochiale assumendum urgente necessitate, et ad tempus pro prudenti arbitrio Episcopi; in alia vero a S. Sede Episcopo traduntur opportuna facultates, ut id perficere valeat, et pariter limitate ad tempus et ad casum necessitatis. Ad primam categoriam spec- tant decisiones editae in causis *Urbevetana* 10 Maii 1766; *Tridentina*, 18 Augusti 1860; *Civitatis, Castel- lanae*, 1862, in quibus datum est responsum prouti in *Naxien...* diei 22 Augusti 1631: "Sacerdotes posse ab Episcopo compelli ad praestandum servitium, quod eiusdem ecclesiae necessitas aut utilitas requirit. Recentius in una *Parmen, Circa clerum*, diei 17 Ian 1886 ad dub. 3.^{um} formiter propositum ut sequitur. "Utrum sub eodem praecepto obedientiae et iisdem intentatis censuris possit Episcopus sacerdotes otio- sos vel ferme otiosos et sanitate suffultos compellere ad suscipiendam ecclesiarum curam, donec illi fas sit

providere pastorem? respondit: *affirmative, urgente necessitate at ad tempus.*

E contra iuxta decisiones, quae ad alteram pertinent categoriam, dicta potestas in proposito casu Episcopis adscribitur tantum ex facultatibus Apostolicis, at haec referuntur ad Galliae Episcopos, et ad parochos succursalistas qui iam a cura excesserunt.

Anno 1884 Emus. Archiepiscopus Tolosanus S. C. sequentia exposuit quaesita pro solutione: Cum non raro accidat ut sacerdotes quibus cura amovibilis ecclesiarum succursalium, ut aiunt, commissa fuit otii vel facilioris vitae studio; muneri suo renuntiare exoptent, cessione apud Ordinarium facta, etiam ante eius acceptationem, eo quod beneficia proprie dicta non tenent, relictis suis ecclesiis ad propria redeant, unde contingit non paucos sacerdotes vitam otiosam, adhuc viribus integros degere tam in urbe episcopali quam in potioribus dioeceseos civitatibus, non sine scándalo fidelium: interea plures parochiales ecclesiae suis carent rectoribus, non sine magno religionis detrimento, eo quod Episcopus ob sacerdotum penuriam, ipsis de parochia idoneo providere nequit. Quapropter Orator quaerit:

“1.º Utrum liceat praedictis sacerdotibus, eo quod beneficia veri nominis non teneant, a munere suo recedere, non obtenta prius Ordinarii licentia?

“2.º An ex praecepto obedientiae, adhibitis si opus fuerit censuris, Episcopus ius habeat eos cogendi ut in suo munere persistent, usquedum ipsis de idoneo sucesore providere valeat.

3.º Utrum sub eodem praecepto iisdemque intentatis censuris, facultatem habeat Episcopus sacerdotes viribus pollentes et ab aliis officiis liberos compellendi ad earum ecclesiarum curam percipiendam, usque dum illis alio modo providere queat?.”

S. C. die 9 Maii eiusdem anni propositis dubiis respondit: “Attentis peculiaribus circumstantiis:

“Ad 1.^{um} Negative.

“Ad 2.^{um} Affirmative.

“Ad 3.^{um} Affirmative, vigore facultatum quae

approbante SSmo. D. N. Emo. Archiepiscopo idcirco tribuuntur ad septennium si tamdiu...

Ad tertium quod attinet nempe ad causas excusantes adductas a sacerdotibus pro munere pastorali declinando haec notanda sunt:

1.º Quod presbyteri ordinati sunt in bonum dioecesis spirituale: hinc non proprium commodum, sed animarum salutem eos exquirere oportet.

2.º Quod ex supra allatis id valere etiam debet parochis in Gallia *desservants* nuncupatis, qui relicta cura pastorali per transitum in alium locum, modo recusant idem onus in nova sede iterum suscipere.

3.º Quod hisce non obstantibus adesse possunt in praxi gravia motiva quae presbyteros eximant ab acceptatione muneris, uti adesse possunt pro iam commisso munere renuntiando, ut puta mala affecta valetudo, odium populi et alia huiusmodi; in his enim circumstantiis cum munus commitendum potiusquam in utilitatem populi spiritualem vergat in dispendium prudentia exigit, ut presbyteri in huiusmodi conditione positi non subiiciantur dicto oneri.

Verum de valore harum causarum iudex esse debet Episcopus, qui prae oculis habere semper debet illud principium, salus animarum suprema lex est. Ceterum rationes ut proponuntur in postulatione Episcopi in principio relata, per se mihi videntur non esse sufficientes ad dictos presbyteros a cura animarum temporaneo acceptanda exonerandos.

RESOLUTIO.—Emi. Patres S. Congregationis Concilii in plenariis comitiis habitis die 6 Augusti 1910 propositis ab Episcopo dubiis respondendum censuerunt; *Affirmative, dummodo agatur de sacerdotibus viribus pollentibus et ab aliis officiis liberis, et quoadusque Episcopus necessitatibus vacantium paroeciarum alio modo providere nequeat, et ad mentem.*

Die autem 7 eiusdem mensis et anni SSmus. Dominus Noster, audita relatione infrascripti Secretarii, Emorum. Patrum resolutionem approbare dignatus est.

C. CARD. GENNARI, *Praefectus.*

L. ✠ S.

BASILIVS POMPILI, *Secretarius.*

REAL CARTA DE RUEGO Y ENCARGO

OBISPADO DE SALAMANCA

Por conducto del ministro de Gracia y Justicia hemos recibido la siguiente:

“El Rey

Muy Reverendos en Cristo, Padres Arzobispos, Reverendos Obispos, Administradores Apostólicos, Vicarios Capitulares de las Iglesias de esta Monarquía y Vicario general Castrense.

El fallecimiento del capitán general de Ejército, D. José López Domínguez, eminente patricio, al que tan relevantes servicios deben la Patria, la Monarquía y las Instituciones fundamentales del país, constituye para España una dolorosa pérdida que llena Mi ánimo de profunda pena, y llenará seguramente el de la Nación toda.

A la vez que lloramos su muerte y honramos su memoria, deber nuestro es acudir al Todopoderoso, pidiéndole acoja en su misericordia el alma del esclarecido varón fallecido; y á este fin,

Por la presente, Os Ruego y Encargo que dispongáis los públicos sufragios de costumbre en todas las Iglesias Catedrales, Colegiatas y Parroquias de vuestras respectivas diócesis pidiendo al Altísimo por el eterno descanso de tan preclaro servidor de la Patria y de la Monarquía.

En ello Me serviréis y de la presente, y de lo que en su vista resolváis, daréis aviso á Mi ministro de Gracia y Justicia.

Dada en Palacio á veinte de Octubre de 1911.—YO EL REY.—El ministro de Gracia y Justicia, *José Canalejas*.—Al Rvdo. Obispo de Salamanca,,.

*
* *

En su consecuencia, y cumpliendo los piadosos deseos en la anterior Real Cédula expresados, dispondremos, de acuerdo con el Ilmo. Cabildo, que se celebren solemnes funerales en la Santa Basílica Catedral, y en cuanto á las parroquias de los pueblos, en las que puedan cómodamente celebrarse con ministros asistentes, tendrán las acostumbradas exequias, invitando á ellas á los señores curas y á las autoridades locales.

Salamanca, 31 de Octubre de 1911.

✠ FR. FRANCISCO JAVIER, Obispo.

PROVISORATO Y VICARIA GENERAL DE ESTE OBISPADO

EDICTO

En virtud de auto dictado en este día por el muy ilustre señor Provisor y Vicario general de la diócesis, Dr. D. Manuel García Boiza, por el presente se cita, llama y emplaza á Francisco Vicente, que se ha ausentado del pueblo de Santa María de Sando, de donde era vecino y cuyo paradero se ignora, para que

en el preciso é improrrogable término de quince días, que empezarán á contarse desde la publicación de este Edicto, comparezca en este Tribunal y Notaría del infrascrito, á prestar ó negar su consejo para el matrimonio que pretende contraer su hija Aurelia Vicente Montes con Teófilo Hernández García, bajo apercibimiento de que si no comparece, se acordará lo que proceda.

Salamanca, 17 de Octubre de 1911.—Por mandado de S. S. I.—El Notario, *Licenciado José Sánchez Gallego.*

SECRETARIA DE CAMARA

CIRCULAR

S. E. I. el Obispo, mi Señor, conferirá, Dios mediante, Ordenes generales en las próximas Témporas de Santo Tomás Apóstol.

Los aspirantes presentarán las solicitudes y los demás documentos necesarios en esta Secretaría de Cámara antes del 22 del mes actual.

El examen sinodal dará principio el 27 del mismo.

Lo que se hace público por la presente circular, para conocimiento de los interesados y á los efectos consiguientes.

Salamanca, 2 de Noviembre de 1911.

DR. JUAN APARICIO SÁNCHEZ,
Secretario.

MINISTERIO DE GRACIA Y JUSTICIA

EXPOSICIÓN

SEÑOR: El artículo 7.º del Real decreto concordado de 20 de Abril de 1903 reconoce condiciones para ser nombrados Deán de Catedral que ha de reducirse á Colegiata, á los Canónigos de estas Iglesias y á los de Iglesia Colegial que cuenten ocho años de servicios en el cargo; pero ni en esta disposición ni en otra alguna se da igual consideración y condiciones á los Beneficiados de Metropolitana, los cuales, sin embargo, el mismo Real decreto comprende en una sola categoría con aquéllos.

No se alcanza que pudiera haber razón alguna para llamar á los primeros y prescindir de los segundos, de categoría igual y aun de mayor dotación señalada en el Concordato. Debe suponerse que hubo, y hay, una verdadera omisión, reconocida también por el Muy Rvdmo. Nuncio Apostólico, cuya autorizada opinión ha sido oída en cumplimiento del artículo 28 del citado Real decreto de 1903; omisión que debe suplirse en el modo y forma que dicho artículo determina, esto es, de acuerdo con el M. Rvdmo. Nuncio de Su Santidad.

Con tal objeto, y fundado en las precedentes consideraciones, el Ministro que suscribe tiene la honra de someter á la aprobación de V. M. el adjunto proyecto de Decreto.

Madrid 29 de Septiembre de 1911.—SEÑOR: A. L. R. P. de V. M., *José Canalejas y Méndez.*

EXCMO. SR.: S. M. el Rey (q. D. g.) se ha servido expedir con fecha de hoy el decreto siguiente:—“A propuesta del ministro de Gracia y Justicia, de acuerdo con el M. Rvdmo. Nuncio Apostólico, vengo en decretar lo siguiente:—Artículo único.—Podrán ser nombrados Deán de Catedral que ha de reducirse á Colegiata, los Beneficiados de Metropolitana que cuenten ocho años de servicios en este cargo, al igual que los Canónigos de Catedral que ha de reducirse á Colegiata ó de Iglesia Colegial á que se refiere el párrafo 3.º, artículo 7.º del Real decreto concordato de 20 de Abril de 1903.”—De Real orden lo digo á V. E. para su conocimiento y efectos que procedan.—Dios guarde á V. E. muchos años.—Madrid 29 de Septiembre de 1911.—*José Canalejas.*

Señor Arzobispo de Valencia.

SENTENCIA

POR OFENSA Á LOS SENTIMIENTOS RELIGIOSOS

En la ciudad de Valencia á diez de Abril de mil novecientos once.

El Sr. D. Ricardo Serrano Chassaing, Juez municipal en funciones de Juez de Instrucción del distrito de Serranos de la misma: Visto el presente juicio de faltas en grado de apelación, procedente del Tribunal municipal de este distrito, seguido á denuncia de don José Sellens García, Cura párroco de Benimamet, contra Eliseo Benavent Mus, carpintero, y Romualdo Sala Pastor, cantero, ambos mayores de edad, vecinos de Benimamet, con instrucción el primero, en cuyo juicio ha sido parte el Ministerio fiscal, quien soli-

citó se imponga á los denunciados, como autores de la falta del artículo quinientos ochenta y seis, caso primero del Código penal, la pena de un día de arresto y cinco pesetas de multa á cada uno, con imposición de costas por mitad; y

Resultando: Que el tribunal municipal, con el voto en contra del Sr. Juez municipal, dictó sentencia en veintiuno de Marzo último, absolviendo á Eliseo Benavent y Romualdo Sala de la falta denunciada, declarando de oficio las costas.

Resultando que dicha sentencia contiene el siguiente "Resultando: Que el día veintisiete de Febrero último, sobre las doce, regresaba el Coadjutor de la Iglesia parroquial de Benimamet, don Marcelino Gómez Fernández, por el camino de Paterna, de administrar los Sacramentos á una enferma, y se cruzó, fuera ya de poblado, con los denunciados Eliseo Benavent y Mus y Romualdo Sala Pastor, que marchaban en dirección opuesta, y que si bien cedieron al Coadjutor y acompañantes del Viático el sitio preferente, se negaron á descubrirse, contestando el Benavent á las invitaciones que les hizo el Cura "que si quiera su camino, que ellos iban al suyo", y "que nada le importaba"; hechos probados."

Resultando: Que en la expresada sentencia figura asimismo el siguiente "Resultando: Que los denunciados Eliseo Benavent y Romualdo Sala Pastor son conocidos del Coadjutor y acompañantes del Viático como no católicos, y que el acto sólo fué presenciado por las personas que componían el séquito; hechos probados."

Resultando: Que admitido en ambos efectos el recurso de apelación interpuesto por D. José Sellens contra la referida sentencia, se remitieron las actuaciones á esta segunda instancia, con emplazamiento de las partes, y habiendo éstas comparecido dentro del término legal, ha tenido lugar en el día de hoy la vista del juicio con asistencia del Ministerio fiscal, quien solicitó la revocación de la sentencia apelada, en el sentido de que se condene á los apelados á la pena que solicitó en el Tribunal inferior, haciendo suya esta petición el Procurador D. Joaquín Peris, que

se ha personado en esta segunda instancia en nombre del apelante; y concedida la palabra al apelado Eliseo Benavent Mus, único de ellos que concurrió, solicitó la confirmación de la sentencia apelada, con las costas al apelante.

Considerando: Que sea cual fuere el concepto que en el orden social merezca la conducta de los denunciados Eliseo Benavent y Romualdo Sala es incuestionable que el acto por éstos realizado en la forma que se relaciona por el Tribunal municipal, según la declaración de los hechos probados, integra la falta definida en el número primero del artículo quinientos ochenta y seis del Código penal, en razón á que la negativa de los denunciados á descubrirse al paso del Viático arguye ofensa en el sentido y con el alcance que tiene la citada disposición, puesto que el elemento intencional se desprende en este caso precisamente de la omisión voluntaria revestida de las circunstancias externas suficientes para la demostración del deliberado propósito de lastimar los sentimientos religiosos de los acompañantes del Santísimo Sacramento, porque esa intención fué exteriorizada cuando, requeridos para que se descubriesen, se negaron á verificarlo invocando que no profesan ideas católicas, ya que la tolerancia religiosa establecida por el artículo once de la Constitución del Estado exige el respeto á todos los cultos, y por tanto condena la realización de actos que, como el de no descubrirse ante el Viático, presuponen marcada significación ofensiva, por cuanto el hecho de descubrirse no implica abdicación de creencias por las cuales nadie puede ser molestado, sino tan sólo un acto de buena educación y respeto, perfectamente compatible y armonizable con la carencia de ideas católicas, y al no hacerlo así los denunciados, negándose con insistencia á descubrirse, á título de no ser católicos, adoptaron una actitud irrespetuosa, con la que ofendieron los sentimientos religiosos de los acompañantes del Viático, é incurrieron, por consiguiente, en la falta de que, con acierto, fueron acusados por el Ministerio fiscal.

Considerando: Que no siendo legalmente atendible

la doctrina mantenida en la sentencia apelada, se impone su revocación, y en sus consecuencias la condena de los denunciados, como autores de la falta de que son responsables, á la pena pretendida por el Ministerio público.

Vistas las sentencias del Tribunal Supremo de 3 de Marzo de 1884, 20 de Abril, 23 de Octubre y 23 de Noviembre de 1885, 17 de Junio y 29 de Septiembre de 1886, 27 de Enero de 1889, 24 de Diciembre de 1888 y 23 de Marzo de 1905.

Fallo: Que debo revocar y revoco, declarando de oficio las costas de esta segunda instancia, la sentencia apelada, dictada en veintiuno de Marzo último por el Tribunal municipal de este distrito por la que se absolvió á Eliseo Benavent Mus y Romualdo Sala Pastor, y en su lugar debo condenar y condeno á dichos dos denunciados, como autores de la falta prevista en el caso primero del artículo quinientos ochenta y seis del Código penal, á cuatro días de arresto y cinco pesetas de multa á cada uno, condenándoles también al pago por mitad de la costas de primera instancia. Y luego que esta sentencia adquiriera el carácter de firme, devuélvanse las actuaciones, con testimonio de ella, al Juzgado de que proceden, para su ejecución. Así, por esta mi sentencia, lo pronuncio, mando y firmo.—*Ricardo Serrano Chassaing.*—Rubricado.

Y para entregar al Procurador don Joaquín Peris, á instancia de éste, extendiendo la presente copia autorizada en Valencia á veintiuno de Abril de mil novecientos once.—*José Ortuño.*

Interesante á los señores Párrocos

Sobre el Beneficio de Pobreza.

Para ilustración de los Sres. Curas párrocos y demás encargados de la cura de almas, y á fin de que puedan orientarse á los efectos de utilizar en provecho propio y en beneficio de sus parroquias el de pobreza legal que la ley de enjuiciamiento civil concede en sus artículos 13 y siguientes se consignan á continuación las observaciones siguientes:

1.^a Que el beneficio de pobreza legal pueden recabarlo lo mismo las personas individuales que las entidades jurídicas.

2.^a Que la parroquia es una entidad jurídica con personalidad reconocida, y siendo pobres la casi totalidad de las de este Arzobispado, pueden recabar de los Tribunales beneficio de pobreza para litigar en concepto de pobres.

3.^a Que según los arts. 1.^o y 2.^o de la ley de enjuiciamiento civil, “por las corporaciones, sociedades y demás entidades jurídicas comparecerán en juicio las personas que legalmente las representan;” y siendo el párroco el representante legal de su iglesia parroquial, á él corresponde representarla en todo aquello que afecta á los intereses de la misma, bien sea en juicio ó fuera de él.

4.^a Que afecta á los intereses de misas, aniversarios, novenas, funciones religiosas en honor de algún santo, etc., por cuanto es interés de la iglesia parroquial el sostenimiento del culto ó aumento del mismo,

y está visto que todos esos actos religiosos contribuyen poderosamente á dichos fines. Por tanto, bien sea que las limosnas de las memorias de misas, aniversarios, novenas, etc., hayan de percibir las tan sólo los señores curas, sin que tenga participación alguna la fábrica de la Iglesia, ó bien sea que en las fundaciones esté señalada alguna cantidad para éstas, en uno y otro caso, por la razón dicha de contribuir dichos actos al culto, pueden los señores curas entablar la demanda de pobreza en nombre y representación de su iglesia parroquial.

5.^a Que al entablar la demanda de pobreza deben acompañar con la misma, para acreditar su personalidad de párroco, los documentos siguientes:

- a) La Real cédula de su nombramiento para la parroquia que gobiernan y administran.
- b) Certificación de la colación canónica que le fué dada por el Prelado ó Vicario general.
- c) Acta de la toma de posesión de la parroquia.
- d) La cédula personal en la cual constará también su profesión y cargo.

Los que no fueren párrocos, acompañarán el nombramiento de Ecónomo expedido por el Ordinario.

6.^a Que antes de presentarse en juicio, deben procurar hacerse, para acreditar en él la pobreza de la iglesia parroquial, con los documentos siguientes:

- a) Un ejemplar del *Boletín Eclesiástico*, ó de la provincia en que se publicó oficialmente el arreglo parroquial y consta la asignación de cada una de las parroquias del Arzobispado; y cuando esto no fuere posible, una certificación expedida por la Secretaría

de Cámara y Gobierno del Arzobispado en que se haga constar aquel extremo.

b) Una certificación del Sr. Administrador-Habilitado del Clero en que se haga constar la cantidad que tiene asignada y percibe la fábrica parroquial.

Finalmente, es de advertir que, según la ley de enjuiciamiento civil, el beneficio de pobreza se puede pedir lo mismo ante el Juez municipal que ante el de primera instancia, bien en juicio verbal ó bien en acto de conciliación; pero teniendo en cuenta que en muchos casos y circunstancias será preferible pedir el beneficio de pobreza en acto de conciliación, y que otras veces convendrá pedirle en juicio verbal, *se previene* á los señores Curas párrocos y encargados de parroquias que antes de proceder en cada caso, es deseo expreso del Rdmo. Sr. Arzobispo que lo consulten con Su Excelencia Rdma., ó con el Ilmo. Sr. Provisor y Vicario general del Arzobispado.

(Del Boletín Ecco. de Burgos).

COLLATIO MORALIS MENSE NOVEMBRE HABENDA

QUAESTIO DOCTRINALIS

Utrum quis possit Deum odio habere S. Thom. 2.^a
2^{ae} q. XXXIV. a. 1.^o

CASUS CONSCIENTIAE

Eventum referam vobis, lectores amici, qui, me teste, meavit per fora pagi X, perque viasque. Ludos

sollemnes praemittere cives solebant hebdomadis, quas esuriales religio statuit, Christi memor esurientis; ludiera, vana frequenter, saepe nociva civibus, hospitibus spectacula patebant; urbis erat via quaeque referta larvis, quae varia risum ratione movebant: os aliis fuligine nigrum; frons aliis cornuta, aliis turgentia labra; auriculas asini praelongas laeta iuventus gestabat, vel sesquipedalem nasum, quo veluti prora diffinderet auras haud aliter quam navita mare.

En unius in tergum miseri conscensus aselli subito adventat Marcus, orci velut igne satur, cacodaemonis ustam effingens, mala simia, formam; igne rubens illi petasus, femoralia rubra, rubraque plus fornace lacerna; illi haerebant capiti duo cornua; pendula dorsum prolixaque cauda ornabat. In medio stans ipse foro, blaterabat inique.

“Venus frigescit sine Baccho, saepe proinde madete.” Cum autem via vidisset eadem adventare virum tectum monachale cuculla, in coelum sput, impia evomens monstra. Mox addit: me nemo unquam superavit, nec vincet ipse Deus, quem toto corde recusso, vosque, quotquot adestis, quoque foedare verbis factisque cupirem.

At qui sacra temnit, cruda sacris fert vulnera rebus. Hinc Marcus repente palescere coepit, hinc torquere manus, tritoque simillimus, angui huc illud convolvere corpus, interea clamans: miseri miserere, Deus, nec perdas peccase dolentem.

Sed veterum rigido scriptorum nimine ductus Candidus atra mente sacerdos cornigerum rite moestumque patrata confessum sine absoluteione dimisit.

QUAERITUR

1.º Quale peccatum admisum a Marco.


2.º Probaresne agendi modum sacerdotis Candidi an non?

HERMANDAD DE SUFRAGIOS ESPIRITUALES DEL CLERO

Han ingresado en esta Hermandad los presbíteros don Francisco Borrego Esteban y don Leopoldo Juan García, profesores del Seminario Pontificio de esta ciudad.

NECROLOGIA

El día 2 del pasado falleció el Dr. D. Juan José Calvo y Román, virtuoso y sabio párroco de Barruecopardo. Pertenece á la Hermandad de Sufragios mútuos del clero, por lo que los señores socios aplicarán la misa y responsos de costumbre.—R. I. P.



3 DE DICIEMBRE DE 1911

AL EXCMO. É ILMO. SEÑOR
Dr. D. Fr. Francisco Javier
Valdés y Noriega

Dignísimo Obispo de Salamanca

EN SU

FIESTA ONOMÁSTICA

3 DE DICIEMBRE DE 1911

En testimonio de afectuosa felicitación
respeto y filial cariño

LA REDACCIÓN.

